

est destinata, vel gratiosorum beneficiorum ex *Ejus plenitudine nos omnes accipiamus gratiam pro gratia, Job I. v. 16. juxta regnum gloriæ, cujus beneficia tanti sunt, pretii, vel æstimmii, ut oculus non viderit, nec auris audiverit, nec in cor hominis ascenderit, quæ Deus preparavit diligentibus se, I. Corinth. II. v. 9.* Tritissima pariter beneficiorum Christologicorum distributio est ratione triplicis officii, quorum alia maximo numero promanant ex officio *Propbetico*, quæ faciunt juxta Scripturam ad nostri salutarem informationem, cum nulla sit Scripturæ sacræ *vocula*, nec ulla pariter *litera*, a qua montes sapientiæ, scientiæque divinæ non dependeant; alia ex officio *Pontificio*, seu *sacerdotali*, quæ pertinent ad sacerdotalem & sacrificialem redemptionem & liberationem; alia tandem ex officio *regio* vere offeruntur ad regiam acquisitionem, defensionem, gubernationem, exaltationem. Sed hæc dimittimus.

### §. XXI.

Cum vero tota Scriptura divinitus sit destinata, nostrisque saluberrimis usibus & fructibus dedicata; Cum *omnis Scriptura*, teste Paulo, *sit omnibus modis ὡφελιμῶς*, 2. ad Timoth. III. vers. 16. & sic principale nostrum Compendium etiam plurimas & maximas pariat utilitates, (a) *ad spiritualem ὁμοιωσίναν*, (b) *ad spiritualem ὁζωσίαν*, & *ἁγιασίαν*, (c) *ad spiritualem ὁδασιάν*; wie wir recht glauben / Christlich leben / und endlich selig sterben sollen. Protoplasti tanquam primi generis humani satores, novam vitam per verbum regenerationis, novam viam per cursum mysteriorum Evangelicorum & Christologicorum

vers.